

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

49. An Episcopus in Ecclesiis Regularium possit, ipsis invitatis, prædicare? Et in dictis Ecclesiis Regulariu[m] an possit Episcopi divina Officia privatim, & publice audire, & ea etiam in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

De Dubiis Regularium. Ref XLVI &c. 33

* que h[ab]et
lupa
m[od]i, &
aliis eius
Ex pro
inventoriis
v. bell. his
Rat. d[icitu]r.

6. Verum quid Episcopus non possit punire Re-
gulares quoad Censuras, ego docui *vbi supra*, & do-
cuius est *Lezana in summa, tom. 1. cap. 11. num. 1. 4.* & ice-
rum nunc teneo contra. Bordonum cum nostro Pa-
tre de Bellis, licet ab ipso dissentiam quoad alias p[ro]pa-
nas; & ideo non gravabor hic apponere verba Vil-
labulos *in summa, tomo 2. tractat[us] 35. diff. ult. 5.*
num. 17. vbi sic ait: [Dizen Hostiense, es Anchiaro,
Dominico, y otros, que podra el Obispado
deponer los Religiosos, ó rectuyrlos en Monasterios
mas estrechos, ó castrigalos por otra via, mas no
puedo ponerles censuras, porque tiene coartada su
potestad quanto a esto, y si las pusiere seran nullas.]
Ia Villalob. & ego.

RESOL. XLVI.

*An Episcopus habeat jurisdictionem in Regulares
exemptos, quando esset in possessione iudicandi illos?*
Ex p. 3. tract. 2. Ref. 134.

S. I detur respondendum affirmativè, nam in
tali casu appetat eos renunciariis privilegio
exemptionis; & ita teneri Triulianus lib. 1. decr. 36.
non. 2. Capra reg. 8.4.n. 2.1. Cuchus in inst. can. lib. 1.
tit. 6. nro. 6. & seqq. cum aliis.
2. Sed ego contraria sententiam teno, quia
exemptus sine licencia Summi Pontificis non potest
exemptioni etiam expelte renunciare: ergo multo
minus tacere, vt est in casu nostro. Et ita fuisse resolu-
lum in vna Vlissiponensi Monasterij, die 19. No-
vembri 1625. coram Illustriss. Coccino testatur Bar-
bosha de porto. Episo. pari. 3. allegat. 105. n. 7.6. & ita
nostram sententiam tenet Hieron. Rodriguez, in compen-
sa Regal. refol. 63. num. 1.3. & alii penes ipsum.

RESOL. XLVII.

An Episcopus vigore Concilij Tridentini less. 2. 5. c. 14.
posset carcerare Regularem notorię delinq[ue]ntem, &
contra illum processum formare, ut postea remittat
suo Superiori, ut illum puniat? Ex p. 3. tract. 2.
Ref. 1-2.

S. I. R espondeo negativè, & ita docet Villalobos
in sum. tom. 2. tract. 35. diffic. 4. num. 5. vbi
sic sit: [Están ligeros los Religiosos a los Obispós
quanto a la corrección del Religioso, que mora en
Convento, y comete delito escandaloso, fuera, del
qual dice el Concilio.] Regularis non subditus Epis-
copi, qui intra clausura Monasterij degit, & extra
ea ita notoriè deliquerit, vt populo scandalo sit Epis-
copo instantè, a suo Superiori intra tempus ab Epis-
copo praefigendum, fuerit punitiatur, ac de punitione
Episcopum certior faciat, fin minus, a suo Supe-
riori officio punitur, & delinquens ab Episcopo pu-
nitur. [Y note se la palabra *notoriè*, que si no lo es,
no podrá el Obispo entremeterse en ello, y aunque
lo sea, no le ha de poner el Obispo en su carcel, sino
remitirle luego al Superior, aunque no haga instan-
cia en ellos, como declararon los Cardinales; mas si
se temiere fuga del Religioso, puede el Ordinario
prenderle, y remitirle luego a su Prelado.] Hæc Vil-
alobos.

2. Veram Piascium in praxi Episc. part. 2. cap. 3.
num. 43. tenet posse Regularem in tali casu deduci ad

carcerem Episcopi, & sumpta informatione super delicto, dummodo sine mora si matur, remitti cum copia processus ad suum Superiorum punitendum, cum præfinitione termini ad punitendum. Et hanc opinionem tenerit etiam Naldus in sua verbis. Episcopus u. 28. Barbola de portef. Ep. 1. part. 3. Alleg. 105. num. 19. & Portel in addit. ad dubia Reg. ver. punitio Relig. extra Conuentum. v. 17.

5. Sed in tali casu non posse Episcopum formare processum contra dictum Religionis, solidè probat non iussisse Hieronymus Rodriguez in compend. qq. Regular. cfol. 62. num. 8. & respondeat ad argumenta contraria, & ad declaraciones Cardinalium, quas Barbosa adducit, vnde non est recedendum ab hac sententia; & satius in hoc casu contra Portel, & alios potest Episcopus instare, & bene infare, certiori faciendo per suas literas Prælatum Regularis de notoriterate delicti à Religioso ita commissi, vt nulla tergivertatione celari potuisset, ad quod non est necessarius processus juridicus ab Episcopo formatus, quin ipso jure nullus est ex defectu juris.

RESOL. XLVIII.

*An Regulares includantur in prohibitione Episcopali,
ne aliquis exorcizet sine Episcopi licentia, & cum
certis conditionibus?*

Et an vero Episcopus in ordine ad Clericos possit multas restrictiones apponere circa modum exorcandi? Ex p. 3. tract. 2. Res. 36.

S. I. **N**egativè respondeo cum Laurentio de Portu
tel in addit. ad dub. reg. ver. Exorcismus, ybi
sic ait: Si Episcopi in sua Diocesis prohibeant exor-
cizare abique quæ expressa illorum licentia, talis consti-
tuitionis solos Clericos ligat, non vero Religiosos exem-
ptos, qui alias iure communi non prohibentur, & ex
ordine Ecclesiastico, Exorcista, & Sacerdotes id fa-
cere permittuntur. Ita ille.

2. An vero Episcopus in ordine ad Clericos possit multas restrictiones apponere circa modum exorcizandi? Negat Navar. tom. 1. lib. 1. conf. 6. de offic. iud. ordin. num. 5. & Vglinus de offic. & potest. Episcop. cap. 47. num. 6. Sed ut vide Naldum verbis Damor. n. 9. Homobon. de exam. Eccles. p. 1. tract. 3. cap. 8. 9. 7. 3. & nostram Synodus Panormitanam Eminentissimi Cardinalis ab Auria part. 1. cap. 7. n. 1. 5.

RESOL. XLIX.

An Episcopus in Ecclesiis Regularium possit, ipsis invitatis predicare?

*Et in dictis Ecclesiis Regularium, an possint Episcopi
divina Officia priuatum, & publice audire, & ea
etiam in Pontificalibus ibidem celebrare, & sole-
mneriter populo ibidem benedicere, & Baldachino vii;
Et notatur, quod non possint ea, quia iurisdictionem*

dicunt, Exercere, ut Christare, Ordinare, Confirmare, Degradare, &c. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 199.

§. I. **A** Liqui dubitant, quia actus videtur honoris. Sed Peirin, *in privilegiis. Minim. tom. 1. confit. 26. Leonis X. S. 2.4. n. 47.* tenet, quod non, per doctrinam Cardinalis in Clem. Archiep. *Si tamen, n. 2. C. 3.* quia exemplis, & prout legatis non praediti sunt, non possunt esse reges.

atcur.

2. Nota tamen, quod in Ecclesiis Regul. possunt, Episcopi diuina Officia priuatim, & publice audire, Sup. hoc in & ea etiam in Pontificalibus ibidem celebrare, & so- Ref. not. seq. leminter populo ibidem benedicere, per illa verba: §. Aliam, & Sit nomen Domini benedictum, &c. & ibidem face- legge etiam re coram le celebri, sed sine Pontificalibus; non aiunt Ref. possumunt tamen propter hoc in dictis Regularium Ec- clesiea, que jurisdictionem dicunt, exercere, vt Pro Christi- chrismari, ordinare, confirmare, degradare, &c. pos- mire, &c. ssum tamen in dictis Ecclesiis Baldachino utrum & con- etiam cur- tradicentes Fratres ad id possunt praevis, & consur- sum in Ref. feq. §. 1. ad Ecclesiasticis cogi, per decretum Sacrae Congregatio- nis, datum Roma die 10 Junii 1603. Et hæc omnia inuenies apud Peirinum vbi supra num. 45.

RESOL. L.

An Episcopis, invitis Regularibus, possit in eorum Ec- clesiis convocare Procesiones, & Ordinationes, & Confirmationem facere, vel cogere, ut ibidem reus vinculus derelinetur?

Et an Inquisitores, invitis Regularibus, possint eorum acta publica in Ecclesiis celebrare? Ex p. 9. tr. 6. & Msc. 1. Refol. 47. alias 48.

§. 1. **N**egatiuam sententiam tenet Tamburinus de jure Abbatum, tom. 1. d. Ep. 15. quæst. 15. num. 10. vbi sic ait: [Nequeunt tamen Episcopi in locis exemptis Ordinationes celebrare: quia est ju- Ref. 1. not. ficitio. Anchar. in dñl. Clement. Archiepisco- seq. & in eo- p. 2. Cardinal. num. 3. in princ. & in 5. Sic tamen, dem §. ex lo- num. 1. Imol. num. 4. Abbas num. 3. Vitalin. num. 20. co i. & ma- Neque Confirmationis Sacramentum ministrare: quia habet mixtum juriſdictionis, & officij Epis- Ref. 2. copalis. Anchar. Cardin. Imol. Abb. & Vitalin. locis proximè citatis. Neque degradare, Ancharan. ibid. num. 20. Neque facere processiones solennes, & ge- nerales: quia est potius officij, quam honoris Epis- copalis. Vitalin. ibid. n. 53.] Et hanc sententiam tenet Portel, vbi infra.

2. Sed non desunt Doctores Episcopis hanc au- thoritatem tribuentes, & ex Regularibus ita tener Peter Bordon. in consil. Regul. tom. 1. refol. 7. num. 132. & Pater Lezana in Mari Magno Carmelitar. §. 75. num. 423. Ratio est, (ait ipse:) quia hoc videtur jus Episcopale, juxta dicta tom. 4. verb. Procescio quæd Regulares, num. 4. & priuilegium, de quo in pra- la doctrina fent, & alia similia, quibus prohibentur Episcopi Ref. 77. per Conventus publicos in Regularium domibus cono- tot. signa- care, intelligi debent de Conuentibus odiofisi, con- tentiosi, aut prejudicialibus; non de illis, qui cedunt in honorem, & estimationem Religionum, quales sunt Processiones.

Et pro con- 3. Allam rationem adducit Bordonus: quia Epis- tentio in lin. copi in Ecclesiis Regularium possunt exercere Ponti- 2. §. Aliam, ficalia, aut Pontificalibus parantibus cum Mitra, huic Ref. in aut etiam sola Cappa vti: at hac ratio displicer Le- præterea, vbi supra. Verum, quicquid sit de hoc, etiam si eundem in standum esset in prima sententia negativa; certum principiis. est, illam non procedere quoad Inquisitores nostri vlt. & legi eria doctrinæ Ref. 2. signa- ter §. Quod, & aliorum eius. Non potest judex facularis, aut Episcopus, convocate Processiones, facere Or- dinaciones, vel similes actus in Ecclesiis Regularium, in ito illarum Praetato: neque cogere, vt ibid. retineatur reus vinculus; fecis de Inquisitoribus sancti Officij.] Ita ille.

4. Nota, quod post haec scripta in lucem prodit Tomus secundus Confessorum Patris Bordon, qui in refol. 68. quæst. 6. num. 21. se retratatur de opinione, quam loco vbi supra citato, docuit, & tener, Episcopum non posse in Ecclesiis Regularium Pro- ceSSIONES ordinarias convocare. Et, vt verum fa- teat, hanc negativam sententiam sequendam esse existimo.

RESOL. LI.

An Regulares pro Concionibus debeant ab Episcopo examinari?

Et an Parochus possit bis, vel ter dare licentiam Regu- lari valde docto, & graui & noto, alias ibi non approbat, ut predicit in sua Ecclesia?

Et an Fratres Minores, & Predicatores, & similiter communicantes in eorum priuilegiis predicantes in suis dominibus quocumque anni tempore possint concer- dere auditoribus 12. annos ac 320. dies Indulgen- tiarum, & extra suas Ecclesiæ, ut in calce bñu Ref. & hoc ex variis Pontificum priuilegiis: Ex p. 4. tr. 4. & Msc. Ref. 22.

§. 1. **A**ffirmative respondet Henriquez lib. 10. cap. 23. in gloss. lit. L. vbi docet Episcopos posse examinare Regulares ad Ordines, confessiones, & conciones.

2. Verum his non obstantibus de jure negatiuum sententiam tenendam esse putto, quoniam docet Mauri- tius Alzedius in præs. Epis. p. 2. cap. 13. num. 104. Barbola de potef. Epis. part. 5. allegat. 76. num. 23. Hieronymus Rodriguez in compend. qq. regul. ref. 112. num. 2. & ante illos Miranda in Manuali Praetatorum, tom. 1. quæst. 50. avt. 2. concl. 1. quia est dispar ratio de Confessoribus & de Predicatoribus; nam Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 15. agens de Sacerdotum approbatione pro audiendis confessiobus facultum, inquit. Nullus etiam Regularis ad id idoneus reputetur, nisi aut parochiale beneficium habeat, ut licentiam ab Episcopis obtineat per examen, si illi videbitur esse necessarium, aut alius idoneus judi- cetur, quod nullatenus dicit, quando agit de Piz- dicatoribus Regularium. Cum igitur vno in loco mentionem faciat de examine faciendo, si Episcopis videbitur necessarium, non verò alio in loco agendo de Predicatoribus, planissime appetere, nostram len- tentiam veram esse, nam vbi Concilium volet hanc authoritatem Episcopis supra Regulares concedere, id expedit: ergo quando non expedit; non con- cessit. Verum post haec scripta inueni lacram Ca- dinalium Congregationem in una Vgantin. sub die 22. Januarii 1622. declarasse, posse Episcopos ex- minare Regulares, predicare volentes in Ecclesiis quæ non sunt sevorum Ordinum.

3. Notandum est etiam hinc obiter posse Paro- chum bis, vel ter, dare licentiam Regulari valde docto & graui, & noto, alias ibi non approbat, ut pre- dicet in sua Ecclesia. Quod maxime verum est, si Predicator si in itinere. Ita Portel in dubius Re- gular. verb. Predicatores, num. 2. vterque Rodriguez, Hieronymus & Emmanuel, illi in compend. qq. Regul. refol. 1. 2. num. 4. hic in qq. Regul. tom. 3. quæst. 2. art. 1. quibus addit Barbolam vbi supra n. 26. & alios penes ipsum.

4. Et tandem nota quod Fratres Minores & Pre- dicatores, & similiter communicantes in eorum priuilegiis, predicantes in suis dominibus quocumque anni tempore, possunt concedere suis auditoribus decem